



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Misericordiae incitamenta sunt q[ui]nq[ue].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

Mat. 25 dum, uidelicet, carmen. Matt. Venite benedicti patris mei, &c. Quid fugiendum, scilicet, Væ, hoc est penas æternales.

*Misericordiæ incitamenta sunt quinque.*

**P**rimum est ipsa natura, quia misericordia est secundum naturam, ut dicit P. Augustinus. Naturaliter miseretur frater fratri, & nos qui fratres sumus in Christo, debemus inuicem misereri. Malach. Nunquid non unus pater omnium nostrum, nequid non unus deus creuit nos? quare ergo despicit unusquisque proximum suum? Augustinus. Nihil enim tam secundum naturam, quam iuuare confortem naturæ. Secundum est, quia scriptura docet. Deut. Præcipio tibi ut aperias manum tuam fratri tuo egro, & pauperi. Luc. Estote misericordes, sicut & pater uester cælestis misericors est. Et Paulus. Estote inuicem benigni misericordes &c. Tercia est, quia deo placet. Osee. Misericordiam uolo & non sacrificium &c. Et P. Augustinus. Non est quod ita deo non faciat amabiles, ut pietas, quæ in tantum ei placuit, quod ipsa de celo cum

Auguf.

Malach. 2

Auguf.

Deu. 15

Luc. 7.

Eph. 4.

Osee. 6

Auguf.

deposuit, & pauperum redemptorem se uēdidit. Pſal. Propter miseriam in opum & gentium pauperum nūc exurgam, dicit Dominus. Et Bern. Pro pendens in ligno, quis huc te adduxit? sola misericordia. Quartum est, quia diabolo displicet. Vnde P. Augustinus. De nulla re alia sic uincitur inimicus diabolus sicut de misericordia. Quintum est quia homini multum prodest. De hac materia require in capitulo de bonis ecclesiæ.

Pſa. II.

Bern.

Auguf.

*Misericordiam adiuant quatuor.*

Primum est, ut homo ex propria miseriam alienam intelligat. Eccle. Attende quæ sunt proximi ex te ipso. Prou. Homo indigens misericors est. Et Gregorius. Ex uobis metipsis agnoscite quomodo oporteat uos aliis misereri. Et P. Augustinus. Boni enim rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensant. Secundum est, ut cum ei elemosyna petitur, cogitat quis petat, quoniam Deus. Mat. 25. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et Hierony. Quotiescunque manum pauperi extēderis, Christum cogita. Tertium est, quia debet cogi-

Eccle.

Pro. 19

Grego.

Auguf.

Mat. 25

Hieron.